Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cepit numquam dimittit. Unde apostolus
dicit. Quis nos separabit a caritate
christi. tribulatio an angustia. an fames
an nuditas an periculum an gladius?
Sed et dilectio christi hoc loco accipi potest.
cuius dilectio fortis fuit ut mors. quod
intantum dilexit nos ut pro nobis immortalis
mortem susciperet. Dura sicut emula
tio eius ut infernus. quia sicut infernus nes
cit misereri aut precibus reorum mitiga
ri. sic dic dilectio christi non potuit a miseri
cordia cessare. aut nullis improbita
tibus persecutorum removeri ab amore
humani generis. Quod hic quod dicitur dura
est ut infernus emulatio. ad synagogam
ipse refert que gentes emulabatur
et invidebat salutem earum. Monet ergo
eam christus hic est dominus ut ab invidia cesset
et saluti eius congaudeat. Lampa
des eius lampades ignis atque flam
marum. Lampades dilectionis precor
dia sunt sanctorum. in quibus velut in
vasis dilectio habitat. Hee ergo lampa
des ignis quia intus corde ardeant per
amorem. Lampades non flammarum quia
exterius luceant per orationem. Aque multe
non potuerunt extinguere caritatem
nec flumina obruent illam. Aque et
flumina sunt violentes persecutores
mine. vel etiam blandimenta quibus
sanctos a caritate dei separare nituntur. De
hys aquis dominus in evangelio dicit de viro qui
edificavit domum suam supra petram
Venerunt flumina flaverunt venti et in
pegerunt in domum illam et non cecidit.
Fundata enim erat
supra firmam petram

Aque multe non potuerunt extinguere ca
ritatem dei quia nulla tribulatio nulla an
gustia sanctos a caritate dei separare non
valebit. Si dederit homo omnem substan
tiam domus sue pro dilectione quasi
nichil despiciet eam. Hic versiculus
non eget expositione. nam nulle mundi
substantie. nulle opes comparatione dilec
tionis aliquid sunt. Legimus quidem
sanctos sua dimisisse pro amore christi. sed tamen
nichil sibi videbantur in comparatione di
vitie caritatis christi quia amabant. Unde
apostolus cum non solum terrenam substantiam
sed paternas traditiones pro christo dimitteret
Hec omnia contempno et arbitror ut
stercora ut christum lucrifaciam. sive amo
rem illius acquiram. Soror
nostra parvula et ubera non habet. Quid facie
mus sorori nostre in die qua alloquenda
est. Vox dilecti synagogam nomine dicit
soror mea. quia enim ex iudeis sump
sit carnem. ideo quasi synagoge se
contemperat et exequat. Parva est in
quit soror nostra. Sic aliarum hominis
etas describitur. sic etiam etas describi
tur ecclesie. Parva enim erat ecclesia adhuc
degentibus congregata sub ipsius domini
et apostolorum temporibus que et parvita
te credentium parva existebat. et
ubera nec dum habebat. vel nequaquam
predicando spirituales filios deo generare
valebat. Dicit ergo quasi consilium syna
goge requirens. Quid faciemus
sorori nostre in die qua alloquenda est.
Allocutio ecclesie est deum in censetis